



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jtem de malefactoribus ad ecclesia[m] co[n]fugientibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30901**

ecclesia alienata ea fideliter et diligenter  
reperant. et si forte propter personarum poten-  
tiam in quibus alienatio hominum facta est repetere  
non valeant. volumus hoc nobis vel offi-  
ciali nostro nunciari. ut super hoc competens  
remedium prebeat. **¶** Item excoicamus in  
his scriptis omnes illos qui occupant et de-  
tinent sine nostro et ecclesie nostre consensu  
vel voluntate vel etiam celauerint feuda  
redditus vel iura que ad nos vel ad ec-  
clesiam nostram Coloniensi pertinent. Nisi infra me-  
sem post publicationem huius mandati. pre-  
dicta nobis relinquant et reuelent. **¶** Item  
excoicamus omnes advocatos ecclesiarum  
et alios quoscunque nomine censentur qui exacti-  
ones et seruitia indebita ecclesie vel ec-  
clesiasticis personis imponunt. **¶** Item excoi-  
camus in his scriptis omnes illos cuiuscunque  
sint dignitatis vel status qui ecclesie ma-  
ioris vel aliarum ecclesiarum nostre diocesis ho-  
mines censuram capitalem ipsis ecclesiis sol-  
uentes preteritum aduocationis vel alterius  
coloris exactionibus vel captiombus op-  
primunt vel molestant. Aut bona eorum  
mobilia vel immobilia post mortem ipsorum  
inuadunt vel accipiunt violenter.

De malefactoribus ad  
ecclesiam confugientibus

Uti nonnulli homicidia multarum  
laciones membrorum et alia malefici-  
cia perpetrat que non essent perpe-  
traturi nisi quod sperant quod ab ecclesiis ad  
quas confugiunt se tueri possint. et impunitate  
suo excessum obtinere. Statuimus  
quod confugiētes hominum ad ecclesias vel emu-  
nitates abinde sine speciali licentia nostra  
vel gerentis vices nostras nullatenus ex-  
trahant sed stricte custodiatur ibidem.  
ne inde effugiant donec factum vel eius  
qualitas nobis vel vices nostras gerenti  
nunciatur. Ipsique confugientibus nobis  
presentat. et eo quod perpetratum fuerit auctori-  
tate nostra examinato ad veniam vel ad  
penam contra ipsos putant qualitas facti exer-  
gerit procedat. Alia autem omnia et singula que a

iure vel predecessibus nostris de con-  
seruandis libertatibus ecclesiarum et emu-  
nitatibus et de violatoribus earundem sunt  
statuta. synodali sanctione innouamus  
et precipimus inuolabiliter obseruari.  
**¶** Item precipimus hominum statuta in eccle-  
siis a sacerdotibus frequenter publicari.

De usurariis manifestis.

Statuimus ut usurarii manife-  
sti quos nos in his scriptis ex-  
coicamus singulis diebus officio  
per prochialium ecclesiarum sacerdotes pu-  
blice nunciarentur. Nec ad comuniones  
altaris admittantur nec oblationes cog-  
vel elemosinas quisque recipiat. nec christi-  
aniam si in hoc peccato decesserint recipi-  
ant sepulturam. Manifestos autem usurari-  
os esse dicimus et vocamus qui per sen-  
tentiam vel confessionem factam in iure. ac cui-  
dentiam rei que tergiuersatione celari non  
poterit comprobant. Circa usurarios autem  
qui de receptis usuris satisfieri saltem  
ultima voluntate mandauerint seruetur  
constitutio domini Gregorii pape octidoli  
generalis que est talis. Quiaque usurarii  
manifesti de usuris quos receperunt satisfi-  
eri expressa quantitate vel indistincte in  
ultima voluntate mandauerint. nihilomi-  
nus tamen eis ecclesiastica sepultura deni-  
negetur. donec de usuris ipsis fuerit per-  
ut patiunt facultates eorum plenarie  
satisfactum. vel illis quibus factum da re-  
stitutio. si presto sint ipsi vel alii qui eis  
possint adquirere. vel eis absentibus loci  
et ordinario vel eius vices gerenti. vel  
rectori prochie in qua testator habitat  
coram aliquibus fidedignis de ipsa pro-  
chia. Quibus quidem ordinario vica-  
rio et rectori. cautionem hominum eorum no-  
mine liceat presentis constitutionis aucto-  
ritate recipere. Ita quod illis proinde actio  
acquiratur. Aut seruo publico de ipsius  
ordinarii mandato idonee de restitutione  
ne sit cautum. Ceterum si receptarium